



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De dißentione propter Paschae celebrationem. Cap. V.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

& populus contra populum tumultus ciere, & impetu quodam repentino, instar symplegadam, & mutuis pugnis se ipse coneidere cœpit: vsque eo vti animis insanis ac desperatis impia scelera aggredi, & imperatoris imagines contumelia afficere non dubitarent. Verùm imperatorem non tam ad iram, quàm ad irremensam animi ægritudinem, qua furiosorum amentiam supra modum deplorauit, incitarunt.

*De dissensione propter Paschæ celebrationem.*

CAP. V.

**M**Orbus porro alius longe grauissimus istas res antegressus est, qui longo tempore ecclesiæ multum exhabuisset mole<sup>9</sup>ris, dissensionem dico de salutaris Paschatis festo ortam: etenim alii Iudæorum ritum sequendumauerunt alii temporis quidem articulum in eo festo celebrando accuratè obseruandum esse, non tamen imitandam consuetudinem eorum, qui errore cæcati, alieni à gratia Euangelica esse viderentur. In hac igitur controuersia, eum prolixo iam temporis spatio populus vbique admodum dissensisset, diuinæque leges & instituta confusione quadam essent permista, ita vt temporis in vno eodemque festo obseruando varietas & discrepantia, maximâ discordiâ, Paschatis solennitatè celebrantibus excitaret (quippe eodè tēpore alii ieiuniis, & corporis afflictione se exercebāt, nōnulli se tradebāt otio & remissioni animorū) quanquā nemo certè erat, qui huic malo remedium inuenire potuerit, præsertim cum cōtentio dissidētū animos ex æquo exagitaret, Deo tamē, qui omnia potest, istis rebus mederi erat perfacile. Ex hominibus autem, qui adhuc in terris ætatem degebant, solus restare videbatur Constantinus, qui rectè factis sedulo operam daret: qui quidem, simul vtique rerum istarum commemoratarum fama ad ipsius aures permanuit, intellexitque, literas ad Alexandrinos à se missas nihil habuisse ponderis, nouum consilium animo cœpit agitare, inquiring alio prælio contra occultum illum & clandestinum hostem, ecclesiæ statum perturbantem de integro devertandum.

LI 3 *Quomodo*